Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Desine abire & derelinque furorem · noli emulari in
malignantes ·
Quoniam qui malignantur exterminabuntur · sustinentes autem dominum ipsi hereditabunt terram ·
Et adhuc pusillum & non erit peccator · & quæres
locum eius & non invenies ·
Mansuetti autem hereditabunt terram · & delectabuntur in multitudine pacis ·
Observabit peccator iustum · & stridebit super eum
dentibus suis ·
Dominus autem irridebit eum · quoniam prospicit quod
veniet dies eius ·
Gladium evaginaverunt peccatores · intenderunt
arcum suum
Ut dejiciant pauperem & inopem · ut trucident
rectos corde ·
Gladius eorum intret in corda ipsorum & arcus
eorum confringatur